

Coram vobis venerabili viro domino Ludolpho de Scuttorpe cantore ecclesie sancti Iohannis Osnaburgensis, officiali reverendi patris domini Melchioris episcopi Osnaburgensis et commissario ad infrascripta a sede apostolica deputato, nos frater Fredericus de Bruchterbeke presbiter, maior XL annis etatis nostre, commendator et preceptor preceptorie seu domus in Laghe ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani Osnaburgensis diocesis affectantes litteris, processibus et monicionibus vestris nobis directis humiliter obedire, ad informandum reverenciam vestram nostro et militum ac oblatorum subscriptorum nomine de et super contentis et narratis in eisdem repetitis et resumptis nostris et dicte preceptorie nominibus dicimus et proponimus, quod nomina, cognomina et etates militum dicte preceptorie seu domus sunt talia et tales, prout inferius hic describuntur: Lambertus de Langhen maior LXX annis etatis sue. Gerhardus Blome maior XL annis etatis sue. Bernhardus de Linghe maior XL annis etatis sue. Albertus Vinke maior XXXVII annis etatis sue. Iohannes Wendinch maior XLV annis etatis sue. Godfridus Nagel maior XLVII annis etatis sue. Iohannis Conradinch maior XXVIII annis etatis sue. Otto Vinke maior XXII annis etatis sue. Richardus de Haren maior XXII annis etatis sue. Elyas Grutere maior XXVIII annis etatis sue. Gerlacus Husere maior XXXV annis etatis sue. Iustacius de Sweghe maior XLV annis etatis sue. Iohannes Ouerstolte maior LX annis etatis sue. Iohannes Specht maior XXII annis etatis sue. Iohannes Budde maior XXII annis etatis sue. Nomina vero et cognomina ac etates oblatorum ipsius domus in Laghe sunt hec: Reynerus de Osterrist maior LVIII annis etatis sue, et Tese de Hasekampe maior LXV annis etatis sue. Insuper de fructibus, redditibus et proventibus annuis eiusdem preceptorie seu domus, qui olim provenire consueverunt de et ex curtibus sitis in parrochiis infrascriptis vestram reverenciam informando dicimus, prout sequitur: In primis dicta preceptorie seu domus in Laghe habuit et habere et tenere consuevit in parrochia Nienkerken vp der Dersborch Osnaburgensis diocesis decem curtes, ex quibus curtibus et terris ac possessionibus ipsarum curcium habuit et recipere consuevit quolibet anno XXX molter frumenti, que valuerunt et valere consueverunt singulis annis XXX florenos auri de Florencia. Item habuit et habere et tenere consuevit in parrochia Damme dicte Osnaburgensis diocesis XII curtes, ex quibus curtibus, terris et possessionibus ipsarum curcium habuit et recipere consuevit quolibet anno XL molter frumenti, que valuerunt et valere consueverunt singulis annis XL florenos auri de Florencia. Et quod de eisdem curtibus in predictis parrochiis sitis dicta domus habuit et